τοίνυν καὶ πολιτικόν, τὸ ἐξ ἑκατέρας ἑκάτερον λαβεῖν· ἐκ μὲν τῆς ὀλιγαρχίας, τὸ αἱρετὰς ποιεῖν τὰς ἀρχάς· ἐκ δὲ τῆς δημοκρατίας, τὸ μὴ ἀπὸ τιμήματος. ὁ μὲν οὖν τρόπος τῆς μίξεως οὗτος. τοῦ δ' εὖ μεμῖχθαι δημοκρατίαν καὶ ὀλιγαρχίαν ὅρος, ὅταν ἐνδέχηται λέγειν τὴν αὐτὴν πολιτείαν, δημοκρατίαν καὶ ὀλιγαρχίαν. δῆλον γὰρ ὅτι τοῦτο πάσχουσιν οἱ λέγοντες, διὰ τὸ μεμῖχθαι καλῶς. πέπονθε δὲ τοῦτο καὶ τὸ μέσον. ἐμφαίνεται γὰρ ἑκάτερον ἐν αὐτῷ τῶν ἄκρων· ὅπερ συμβαίνει περὶ τὴν Λακεδαιμονίων πολιτείαν. πολλοὶ γὰρ ἐγχειροῦσι λέγειν ὡς δημοκρατίας οὔσης, διὰ τὸ δημοκρατικὰ πολλὰ τὴν τάξιν ἔχειν· οἷον, πρῶτον τὸ περὶ τὴν τροφὴν τῶν παίδων· ὁμοίως γὰρ οἱ τῶν πλουσίων τρέφονται τοῖς τῶν πενήτων, καὶ παιδεύονται τὸν τρόπον τοῦτον, ὃν ἂν δύναιντο καὶ τῶν πενήτων οἱ παῖδες. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἐχομένης ἡλικίας, καὶ ὅταν ἄνδρες γένωνται, τὸν αὐτὸν τρόπον. οὐθὲν γὰρ ἄδηλος ὁ πλούσιος καὶ ὁ πένης. οὕτω τὰ περὶ τὴν τροφὴν ταὐτὰ πᾶσιν ἐν τοῖς συσιτίοις· καὶ τὴν ἐσθῆτα οἱ πλούσιοι τοιαύτην, οἵαν ἄν τις παρασκευάσαι δύναιτο, καὶ τῶν πενήτων ὁστισοῦν. ἔτι τῷ δύο τὰς μεγίστας ἀρχάς, τὴν μὲν αἱρεῖσθαι τὸν δῆμον, τῆς δὲ μετέχειν· τοὺς μὲν γὰρ γέροντας αἱροῦνται, τῆς δ' ἐφορείας μετέχουσιν. οἱ δ', ὀλιγαρχίαν, διὰ τὸ πολλὰ ἔχειν ὀλιγαρχικά. οἷον τὸ πάσας αἱρετὰς εἶναι, καὶ μηδεμίαν κληρωτήν· καὶ ὀλίγους εἶναι κυρίους θανάτου καὶ φυγῆς, καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλά. δεῖ δ' ἐν τῇ πολιτείᾳ τῇ μεμιγμένῃ καλῶς, ἀμφότερα δοκεῖν εἶναι, καὶ μηδέτερον· καὶ σώζεσθαι δι' αὑτῆς, καὶ μὴ ἔξωθεν· καὶ δι' αὑτῆς, μὴ τῷ πλείους ἔξωθεν εἶναι τοὺς βουλομένους· εἴη γὰρ ἂν καὶ πονηρᾷ πολιτείᾳ τοῦθ' ὑπάρχον· ἀλλὰ τῷ μηδ' ἂν βούλεσθαι πολιτείαν ἑτέραν μηθὲν τῶν τῆς πόλεως μορίων ὅλως. τίνα μὲν οὖν τρόπον δεῖ καθιστάναι τὴν πολιτείαν, ὁμοίως δὲ καὶ τὰς ὀνομαζομένας ἀριστοκρατίας, νῦν εἴρηται.

Κεφάλαιον ι.

Περὶ δὲ τυραννίδος ἦν ἡμῖν λοιπὸν εἰπεῖν· οὐχ ὡς ἐνούσης πολυλογίας περὶ αὐτήν, ἀλλ' ὅπως λάβῃ τῆς μεθόδου τὸ μέρος· ἐπειδὴ καὶ ταύτην τίθεμεν τῶν πολιτειῶν τι μέρος. περὶ μὲν οὖν βασιλείας διωρίσαμεν ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις, ἐν οἷς περὶ τῆς μάλιστα λεγομένης βασιλείας ἐποιούμεθα τὴν σκέψιν, πότερον ἀσύμφορον, ἢ συμφέρει ταῖς

autem ſumere non per cenſum, modus igitur admiſcendi talis. Bene autem admiſcuiſſe popularem & paucorum gubernationem finis eſt, quando eadem reſpublica dici poteſt popularis, & paucorum gubernatio. Patet enim hoc accidere dicentibus eas bene eſſe commiſtas, accidit hoc etiam medio: conſpicitur nanque in eo vtrunque extremorum, quòd contingit Lacedæmoniorum reipublicæ. Sunt enim permulti qui aggrediuntur dicere eam eſſe popularem, propterea quòd populariter complura in illa ſunt conſtituta, ceu primum circa educationem puerorum. pari enim modo diuitum filij educantur, & pauperum, & erudiuntur per eum modum, per quem valeant pauperum filij erudiri, ſimiliterque in ſequenti ætate cum viri facti ſunt, in illo non magis conſpicuus diues quàm pauper. Cibi quoque iidem vtriſque in comeſſationibus. Veſtitu etiam tali diuites vtuntur, qualem & pauperum quiuis habere poteſt. Præterea, duorum maximorum magiſtratuum, alterum eligit populus, alterum gerit. ſenatores enim per populum eliguntur, ephori autem ex popularibus conſtituuntur. Alij verò dicunt eſſe illam paucorum gubernationem, quoniam multa habeat quæ paucorum potentiam aſſerunt, ceu omnes dignitates per electionem conferri, per ſortem verò nullam, & inſuper apud paucos poteſtatem eſſe necandi, & in exilium pellendi, ac cætera huiuſmodi permulta. Oportet enim in republica bene temperata vtrunque videri ineſſe, & neutrum, & conſeruari per ſeipſam, non aliunde, & per ſeipſam, non per alios multos extraneos, qui velint. nam & prauæ reipublicæ hoc poteſt contingere, ſed nec velle quidem gubernationem alteram quoquomodo partium ciuitatis omnino. Quemadmodum igitur oporteat rempublicam conſtituere, & ſimiliter illas quæ appellantur optimates, dictum eſt.

CAPVT X.

Reſtat nunc vt de tyrannide dicamus: non quòd multis verbis indigeat, ſed vt habeat in hoc tractatu locum ſuum, quandoquidem hanc quoque poſuimus partem eſſe aliquam publicæ gubernationis. De regno igitur determinauimus in ſuperiorib. libris, vbi tractatú eſt à nobis, nunquid regis gubernatio vtilis foret